Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8335
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



medē. loco carnium cum erbis et alys
rebus comedat lucios salitos per 1am
diem vel assatos. vel temales. vel sar
dinas vel stregias vel carpiones et
siles assatos et elixatos conditos cum
speciebus et cum zuccaro et cum uva passa
et aqua et petrose. et aliquantulo acē
¶ Facta mundificatione vulneris et ex
siccata sanie in carne locus. et dimi
nuatur quantitas tante. et secundum longu
et secundum latum omni die donec vulnus fuerit
incarnatum et in fine consolidatum
¶ Si autem hoc vulnus penetrans conso
lidari non posset. vel convertetur in fistu
lam. sequenti capitulo narrabimus qualiter
in hoc. contra conversionem eius ad
fistulam vel ad dispositionem que impe
dit consolidationem. te regere debes

Capitulum 13. de vulnere pene. et non pene.
in dorso et spina facto cum ense et similibus
et sagitta et modo extractionis et cura
tionis vulneris eius. Incipit hic

.13. Magis timorosa sunt vulnera
dorsi quam toracis et partis anterioris
et maxime si sunt penetrantia. Nam
spiritualia membra omnia cum dorso in parte
posteriori alligata sunt forti ligatione.
Unde expura penetratione ad interiora po
ssunt ledi iste ligationes necessarie adiuta
que cum leduntur afferunt periculum
et mortem. vel quod afferant lesiones
membrorum aliorum ibi existentium. et
lesiones istorum ligamentorum potius et
melius possunt contingere ex vulnere
dorsi penetrante. quam ex vulnere
partis anterioris. bene apparet quod vulnera
dorsi magis timorosa sunt. Et cum
hec nucha cum spina possunt ledi
lesio cuius non est mala per se tamen.
sed propter se et propter membra ad que mittit nervos
motivos et sensibiles. Sed ex vulnere
anteriori hoc non contingit. et propter
hoc et magis timorosa sunt vulnera
posteriora ¶ Si autem vulnera dorsi
facta fuerint cum sagitta vel cultello
et similibus. sive fuerint penetrantia
sive non ... oportet ut ipsa sagitta extra
et cum privatione doloris si possibile
fuerit. qua sagitta extracta. vel
quo instrumento remoto. procedatur in
non penetrante et penetrante et
non manifeste. ut superiori capitulo.

aperte diximus et rone incisionis la
teris inter costam et costam in parte in
feriori et rone diete. et mundificatione
novi et veteris vulneris ¶ Et si cum
hoc nucha lesa fuerit procedas in
lesione eius ut scriptum est. capitulo de
vulnere posset colli cum rebus confortantibus
nucham ¶ Observa cum hoc in superiori
et in isto capitulo capitulo regulas flobotomie
et ventosationis secundum quod videbitur tibi
de exitu multi vel pauci sanguinis
a vulnere penetrante vel non pene
trante et non obmittas opus clisteris
diem aliquam. vel opus suppositorii quam
vis alia dimittes. quia in hoc capitulo
et in superiori valde utile est et bonum
non enim clistere seu largitas ventris
permittit de levi sanies. nec apostema colli
gi in loco ¶ Si autem vulnera istorum
locorum penetrantia non exsiccarentur
secundum quod videbitur medico. de tempore in
quo debet exsiccari ¶ Nam in carne
secundum quod dicunt in carnari. Iam est
signum conversionis eorum. aut ad fistu
lam. aut ad malam dispositionem
que eorum impediet consolidationem
¶ Cum ergo medicus perpenderit de
hoc. tunc secure reducat curam
istam ad capitulum de fistula in quolibet
membro in primo libro ¶ Vel ad capitu
lum in apostemate penetrante in costis dicitur
primo libro similiter. Et ibi invenies cu
ram istam terminatam perfecte. prout
nobis possibile fuerit

Capitulum 14. de vulnere pene. et non penetrante
in ore stomaci cum ense et similibus
et sagitta et modo extr. et curationis eius

Si autem locus iste quocumque modo
vulneretur et ex quocumque instrumento
postquam non penetrans fuerit vul
nus. non cadit dubium in eo. nisi per
errores medici qui permitteret ipsum apparere
et infirmi sunt se ipsum ¶ Extrahatur
sagitta vel aliud instrumentum si ibi
infixum fuerit et hoc potest de levi
fieri cum locus hic osse careat ¶ Quo
extracto impleatur locus prima visita
tione cum oleo rosarum calido in hye
me et frigido in estate mixto
cum vino ovi. Et confortetur locus